

# S. PROSPERI

AQUITANI

## \* EPIGRAMMA<sup>b</sup> IN OBTRECTATOREM AUGUSTINI.

**191** \* Quidam dictiloqui libros senis Augustini A

Carpere, et adversum condere fertur opus.

Usque adeone bonum ingenium, et facundia  
dives,

Ostentare artem non aliter potuit;

\* In nova prostratas acies nisi bella cieret,  
Impiaque extinctis hostibus arma daret?

Hæc pugna, inceptor, mors est tua, te \* stylus  
iste

\* Ex variis S. Prosperi epigrammatis fampridem  
hæc tria selecta sunt, et juncta carmini de Ingratis.  
Haud dubie ob argumenti affinitatem : quippe duobus  
prioribus Joannes Cassianus Ingratorum primi-  
pilos exagitari videtur; tertium vero eodem pertinet,  
ea ratione quam in argomento marginali satis, ac  
(ut puto) primus ostendit. Inverti autem consuetum  
eorum ordinem. Ita quippe postulare videbatur ordo  
temporis, quo priora illa vel scripta sunt, vel decori  
gratia scripta finguntur : nempe primum, cum scri-  
pтор ille nonnisi adhuc ferretur carpere Augustini  
libros, et adversus eosdem opus aliquod condere; al-  
terum vero, cum jam opus istud serpere cœpisset.  
Doct. Lov.

<sup>b</sup> Scriptum forte, superstite adhuc S. Augustino,  
circa annum 450.

**ARGUMENTUM.** Novum Scriptorem aliquid operis  
molientem adversus S. Augustinum proposita rei im-  
pietate pessimoque successu, incepto absterrere nititur.

\* Quidam. At quis ille? Cassianus, inquies, qui  
sub Collatoris nomine etiam alio tractatu a Prospero  
vapulat. Atque hæc multorum haec tenus fuit opinio,  
quani non parum confirmant plura loca huic epi-  
grammati cum libro contra Collatorem communia.  
Nec equidem illi ausim contradicere : est tamen quod  
lectori hac in re expendendum proponam. Verone  
simile videtur Prosperum, solitum aliquo quam mi-  
tissime de hoc presbytero et tota Massiliensem  
factione loqui, hic eum vocare *Lupum*, *viperam*, *mi-  
serum* denique *anguiculum*? Siccine etiam sua scri-  
psit et edidit celebris ille Collator, ut dici potuerit  
*Serpere*, ac mutato seu dissimulato nomine legi velle?  
Sed de his satis. Doct. Lov.

\* In nova prostratas. Ita lib. cont. Collator. mox  
post initium : *In eum statum deducere causam Ecclesie* inclinuntur, *ut dum nos* (puta Augustinum, etc.)  
affirmant non veraciter *pro gratia locutos, inimicos*  
*gratiae* persuadeant *injuste damnatos esse*. Doct. Lov.

\* Stylos iste conficit. Acute ludit in sequivoco, quod  
stylus et scribendi et feriendi instrumentum sit.  
Doct. Lov.

Conficit, et verbis perderis ipse tuis.

Dumque doces quantum valeat mens libera,  
monstras

Velle tuum tibimet sufficere ut pereas.

Verta gradum, fuge perniciem; stratosque re-  
belles

Oris apostolici fulmine ubique vide.

Nec te <sup>c</sup> mutato defendi nomine credas.

Si pastorem ovium laedere vis, & lupus es.

\* *Mutato nomine.* Qui ita contra Augustinum scri-  
pserit pro Ingratis, nemo occurrit præter Vincen-  
tium Lirinensem (virum aliquo sanctissimum et  
doctissimum), quem hodie plures censent aureum  
illud Commonitorum simum its direxisse adversus  
haeresum novitates, ut sub hoc nomine Augustini  
doctrinam notatam voluerit. Cæterum constat *ma-  
tato nomine* illud edidisse, seque vocasse *Peregrinum*. Sed cum ipse scripserit post Augustini excessum, inimico post Rescriptum Cœlestini PP. ad Gallias  
episcopos; hoc autem epigramma conditum sit Au-  
gustino jam *sene* quidem, at tamen vivo, evanescit  
omnis de Vincenti *Peregrino* suspicio : quærendus  
que aliis, cui ista convenient. Doct. Lov. Nisi forte  
dicas, quem sanctus Prosper impugnat hoc epigram-  
mate, aliquot annis, juxta auctoris nostri consilium,  
siluisse : aut si opus illud quo Augustinum ferro  
minabantur Semipelagiani, 13 Cassiani collationem  
esse volueris, tunc anno 426 ascribenda erunt epi-  
grammata ista, et jam tunc Prosperum contra ipsos  
decertere cœpisse erit agnoscendum. Doct. Lov.

\* *Lupus es.* In hac cauda latet proculdubio totius  
epigrammatis, aliunde acutissimi, aculeus præci-  
puus : qui unice tanto erit acutior, si Auctor per  
suspicionem notatum voluerit aliquem cui *Lupo* no-  
men ; quales istis temporibus habemus Gallos com-  
plures, ut sanctos illos Trecensem, Suessionensem,  
Lugdunensem episcopos; item postea Ferrariensem,  
etc. Ni hoc sit, saltem dicere voluit : Ut tuum no-  
men celare studeas, nos qui te vocare oporteat satis  
scimus, nempe *Lupum*, cum opere ipso te talem  
præbeas, qui *pastorem* oppugnes. Verum quis ille  
pastor quem hic læsum cupiat? Pontifex, inquies,  
illius sedis de qua disticho superiore. Nempe id  
etiam putavi, donec incidi in hunc locum contra  
Collat. c. 21 : *Præcipuum nostro tempore in doctrina*  
*ecclesiastica virum (Augustinum)* rabido ore disser-  
punt; *creduntque se omnia auctoritatum munima*  
*posse convellere, si hanc PASTORALIS specule validis-*  
*simam turrim crebra Pelagiani arietis illisone pulsa-*  
verint. Doct. Lov.

# S. PROSPERI

AQUITANI

## \* EPIGRAMMA IN EUMDEM

AUT ALIUM QUEMPIAM AUGUSTINI OBTRECTATOREM.

**193** Contra Augustinum narratur serpere quidam

Scriptor, quem dudum livor adusuit edax :

\* Scriptum forte circa idem tempus.

**ARGUMENTUM.** Hunc cum jam scriptum ejus ser-

pere diceretur, suspicionibus onerat, ipsique egregiam  
a sancto Doctore refutationem promisit.